



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Cap. XVI. De cognitione suiipsius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

ditandi, quot de gloria & foelicitate beatorum, si bona tantummodo in mala contraria commutentur.

MODI MEDITANDI DE HIS
quæ pertinent ad cogniti-
onem sui ipsius

C A P. XVI.

PRIMVS est. Considerare tem-
pus præteritum, præsens & fu-
turum, vti S. Bernardus pluri-
bus in locis ostendit dicens. Expende
tecum ô homo 1. *Quid fruëris.* 2. *quid*
sis. 3. *Quid futurus eris.* Vel Reuolue
cum animo tuo 1. *vnde venias.* 2. *vbi sis*
3. *Quo pergas.*

V E L mente pertracta 1. Qualis
fit hominis in hunc mundum *ingres-*
sus 2. Qualis ipsius *mansio.* 3. Qualis
exitus.

Secundus est. Considerare (quem-
admodum idem *lib. 2. de considera-*
tione docet:) 1. Temetipsum *quis &*
qualis sis. 2. ea quæ sub te sunt; *Lym-*
bum, Purgatorium, Infernum 3. Quæ
circa te sunt; *mundum, creaturas,*
Dia-

Diabolum. 4. Quæ supra te sunt, gloriam cœlestis Paradisi.

Tertius est. Considerare iuxta eiusdem S. Bernardi instructionem, (*lib. de interiori domo cap. 65.*) 1. Quid sis per naturam. 2. Quid factus fueris per culpam. 3. Quid esse debueris per virtutem. 4. Quid possis esse per Dei gratiam.

Quartus est. Considerare verba Moyfi (*Deuteron. 32.*) *Vtinã homines saperent & intelligerent:* præterita: (*malum commissum, bonum omis- sum, tempus perditum, IESVM cru- cifixum:*) præsentia: (*Dei beneficia, mundi vanitatem, vitæ breuitatem, saluandi difficultatem:*) ac nouissima præuiderent: (*mortem, Iudicium particulare & vniuersale, Inferni tormenta, gloriam Paradisi.*)

Quintus est. Considerare quatuor causas hominis. 1. *Efficientem*, quæ est Deus à quo conditus est. 2. *Materialem*, id est, terram de qua corpus hominis formatum est. 3. *Formalem*, videlicet animam Dei imagine insignitam. 4. *Finalem*. æternam nimirum beati-

rudinem, cuius gratia homo creatus est.

Sextus est. Considerare semetipsum iuxta diuersos status.

1. Quatenus *hominem*. 2. Quatenus *Christianum* 3. Quatenus *Religiosum, Presbyterum*, aut alio in statu existentem.

M O D I M E D I T A N D I
de Peccatis.

C A P. X V I I.

PRIMVS est. Considerare peccata propria, partim vt cognosci, partim vt verus de illis dolor & contritio haberi possit: eaque in aliquot puncta seu considerationes partiri, vt exempli causa: Meditari, I. Eorum *multitudinem*. 2. *grauitatem*. 3. *Damna* quæ adferunt. *Multitudinis* peccatorum vt exactior notitia haberi valeat, non parum proderit, totam vitam in certa aliquot tempora distribuere, & quibus in locis, & quibus cum personis peccauerimus, cogitare. Vel *peccata* commissâ cogitatione, verbo,